



Kern 86
(1-54; a-g)

(37)

CONSPECTVS LABORVM

QVOS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HYBERNVN
IN
STVDIOSAE IVVENTVTIS INSTITVTIONEM
IMPENDERE CONSTITVERVNT
PRORECTORE MAGNIFICO
GEORGIO FRIDERICO MEIERO
PHILOSOPHIAE PROFESSORE ORDINARIO
ET ACADEMIAE SCIENTIARVM BEROLINENSIS SODALI



P. P. D. XVIII. SEPT. MDGCLIX.



HALAE MAGDEBVRG. LITTERIS HENDELIANIS.



ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE



Quos alio tempore longiores esse optauimus terminos, laboribus ac-
tius habendis praefixos, eos hac vice, necessitate quadam com-
pulsus, protrahimus. Praeterquam enim quod vix octo & decem
hebdomadibus promissis vacare potuimus lectionibus, si vel num-
quam ab iis abstinuissemus, ea insuper superuenerunt nobis impedi-
menta publica, quae omnino obstabant, quo minus in consueta
diligentia pergere, atque ad metam contendere valeremus.
Quamobrem vnanimiter constitutum est a Fridericianae Professori-
bus, ne lectiones vel nimis praecipitentur, si intra vnus horae,
cuius iam dicatae, limites nos contineremus, vel multiplicentur, si plures per diem
horas cuius tribuere vellemus; lectionum autumnalium; de nouo incipiendarum,
initium vsque ad di. xxi. Octobr. a. c. differre. Quemadmodum vero alma Dei
providentia ita hucusque nostrae musarum sedi inuigilauit, vt nemo nostrorum ciuium
de vi sibi illata, aut noxa vlla, conquerendi causam habeat; sic, eadem freti, omnem
securitatem atque incolumitatem in posterum quoque iis promittimus. Nos enim
omnem dabimus operam, vt & commodis & profectibus eorum omnimode consula-
tur. Faxit vero Deus, vt feliciter!

LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS AC PROFESSORIS MATHESIOS ET PHYSICES PRIMARI.

GEO. FRID. MEIER interpretabitur hor. IX-X. *Metaphysicam* Celeb. BAUMGARTEN,
II-III. *Logicam* ad ductum Compendii sui, & III-IV. *Ethicam philosophicam* Exc. BAUMGART.

IO. ERNEST. FLOERCKE, propter iter necessarium Reipublicae causa, vt obfcs ob-
fens, lectiones consuetas intimare iam impeditus, eas volente Deo, redux factus, in tabula pu-
blica significare non intermitter.

IO. ANDR. DE SEGNER in lectionibus publicis ASTRONOMICIS perget hora II,
quibus ad finem perductis, si qui reliqui fuerint semestris menses, vel GNOMONICAM subiun-
get, vel doctrinam de PROJECTIONIBVS SPAERAE generalem, cuius Gnomonica pars est.
Priuatim hora III denuo explicabit ARITHMETICAM cum GEOMETRIA & TRIGONOMETRIA,
secundum ductum Elementorum suorum. Sed hora XI, vel alia commoda, docebit ALGEB-
RAM. Offert quoque praelectiones in MATHESIN FORENSEM DD. POLAK, si idoneus Au-
ditorum numerus horam constituere voluerit.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVST. FRANCKIUS institutiones pastorales dabit, perget in Psal-
mis nonnullis exponendis, & paraeneses more consueto continuabit.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS hora IX. libros historicos V. Test., qui Prophe-
tarum priorum nomine Iudaeis venire solent, ex fonte Ebraeo, & hora XI. Epistolas Pauli
ad Galatas & subsequentes vsque ad illam ad Philemonem, ex originali textu Graeco, ado-
tationibus philologico-critico-exegeticis explanabit.

IO.

IO. HENR. CALLEBERG *Deuteronomium* ex sermone suo hebraico explicabit; & *historiam ecclesiasticam* exponet, eamque *recentiorem*.

IO. GEORG. KNAPP *alteram theologiae dogmaticae partem* incipiet. In *theologia polemica*, controuersias cum Fanaticis & sic deinceps reliquis persequetur, totumque hunc eursum, Deo adiuuente, hac hieme conficiet. Die Domini h. V-VI. in *aestheticis* perget.

IO. SALOMO SEMLER perget 1) in *lectionibus dogmaticis*; 2) *polemicis*; quibus fit, praeradet *privatas*, & *hermeneutico exegeticas*, & *litterarias* de librorum meliorum theologorum vtu, si satis conuenienter fieri poterit. Vtemur compendiis *Baumgartenianis*.

IVRIDICAE.

IO. TOBIAS CARRACH, ex fato Diuino pro republica ad externos delatus obfessatus, cum diuina fauente clementia redux factus erit, Musis Halensibus acroases publicabit suas.

DANIEL NETTELBLADT tradet hora IX-X. ius canonicum duce SCHMIDTO. Hora X-XI. & II-III. enarrabit ius Digestorum, secundum SCHAVMEVBERGI compendium Digestorum. Ius publicum secundum FÜTTERI elementa iuris publici docebit hora XI-XII. Praeterea hora III-IV. scholas iuris naturae continuabit.

PHIL. IAC. HEISLER interpretationi Pandectarum b. LVDOVICI operam dabit horis VIII-IX. X-XI. & II-III. His adde: Collegium iuris canonici, si propter eorum ex ordine Ictorum, quorum egregia hanc in rem extant merita, absentiam, expectatione nostra fortasse diuturniore, e re Dominorum Commilitonum visum fuerit.

GEORG. SAM. MADIHN, varias huc vsque expertus valetudinis vicissitudines, praerlectiones, quas semestri aestiuo finire non potuit, continuabit, explicationem principiorum *Iuris Germanici privati* ad desiderium quorundam suauissimorum commilitonum hor. IX-X. duce *consult. de SELCHOV* illis tantum additurus.

MEDICAE.

IO. IVNCKER, ob virium ex senio & morbo defectum, nullas quidem promittere potest lectiones; si autem clementia diuina vigorem ad legendum necessarium suppeditabit, illum studiosae iuuentuti eadem animi promptitudine ac propensione assignabit, qua, suffragante conscientia, eiusdem commodum per triginta annos curae cordique habuit. Ceterum non est mortale, quod optat; ideoque vitae viriumque dispositionem Creatori in Christo dulcissimo vnice committit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis* in praerlectionibus, horis atque diebus hactenus confectis, commentabitur in SCHARANDAEI libellum, *de ratione visendi aegros*; *privato* autem studio hora marut. VIII. ad IX. doctrinam de Signis morborum, tam diagnosticeis, quam prognosticis, ad ductum *Fundamentorum* suorum *Semiotologiae medicae*, tradet; hora X. ad XI. vt desiderio quorundam Dnn. Auditorum satisfaciat, iterum fundamenta *Therapiae generalis*, & hora XI. ad XII. fundamenta *Patologiae generalis* exponet, horumque laborum initium praerstituto tempore, die nempe xxix. Octobris, faciet.

FRIDERICH HOFFMANN *publice*, hora IX-X. physiologiam, *privatim* vero hora X-XI. materiam medicam, praeleget. Initium harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Lipsiensibus, & quidem d. xxix. Octobris.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER, finitis laboribus chirurgicis, *privato studio*, tam *praeparationes* quam *demonstrationes anatomicas & osteologicas*, diebus horisque, suo loco & tempore indicandis, incipiet.

IO. PET. EBERHARD, hor. II-III. Pathologiam tradet tam generalem quam specialem. Praeterea *Praxin clinicam* docebit, & cum selecto commilitonum numero elaborationes casuum medicorum suscipiet. Tandem offert disputatorias scholas de rebus medicis. Reliqua Collegia erunt mathematica & physica.

PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, praeter lectiones theologicas supra indicatas, hora III. ex versione Graeca V. Test. dicta LXX. virali, cuius noua editio in bibliopolo Orphanotrophi pro parabili pretio prostat, partes aliquas praeleget, eiusque tum rationes verendi tum vsum demonstrabit.

IO. IOACHIMVS LANGE *publice* hor. II. *Mathesin puram*; *applicatam* vero hor. III. docebit. *Physicam dogmatico-experimentalem* hor. I. & *Historiam naturalem* horis I. & II. die saturni explicabit. Ceterum cum a quibusdam monitus fuerit, vt rediret ad scholas, specialem physices & mathesios in *oeconomia* vsum ostendentes, offert explicationem *des Grand-risès, wie man sich die in und um Halle vorkommende naturalia und artificialia zum Nutzen im gemei*

gemeinen Leben bekannt machen sollte, cui iungenda erit enodatio des Entwurfs einer Anleitung zu den oeconomischen Rechnungen, qui in officina libraria Orphanotrophi profiat.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in recitationibus vsum Historiae naturalis in Medicina singulari, quoad potiora eius capita, ostendet & exponet; priuatim autem occupatus erit in explanandis Physicae dogmaticae fundamentis, diesque ac horas, laboribus hisce destinandas, suo tempore et valuis publicis significabit.

IO. HENR. CALLENBERG Arabicae linguae, si fuerint, qui eam cupiant addiscere, tradet elementa, ac Epistolae ad Romanos Arabicae, quam edidit, explicationem subiunget.

IO. FRIDERICVS STIEBRITZ per semestre hibernum 1) vacabit lectionibus logicis, duce WOLFIO; & 2) Metaphysicis, eodem Philosopho praeeunte. 3) Instaurabit lectiones philologicas in Euangelia & Acta Apostolorum; & denique 4) ex fonte ebraico Iesuae vaticinia & librum praesantissimum Proverbiorum interpretabitur. Horas cuius labori sacras suo tempore et valuis publicis significabit.

CHRISTIANVS WEBER, hor IX-X. Metaphysicam Perillust. L. B. de WOLFF, 2) hor. X-XI, EIVSDEM Ius naturae & gentium, & 3) hor II-III. Logicam b. CORVINI interpretabitur. Nec deerit praeter ea lectiones priuatissimas desideraturis.

EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN in scholis dogmatico-polemice progredietur ad eas doctrinas controuersiasque, quae ad Anthropologiam referuntur, quarum tractationem hac hieme b. c. D. absoluet. Praeterea vel Hermeneuticam S. tradet, vel librorum symbolicorum illustrationem, disputationesque priuatas continuabit.

IOANNES FRIDERICVS IOACHIM per instans semestre hibernum Ius feudale, duce b. WOLFIO; Ius publicum, praeeunte illustri MASCOVIO; Historiam S. Rom. Germ. Imperii, ad ductum Compendii sui, & Historiam Vniuersalem Regnorum Europae, ad filium introductionis suae, docebit. Praeterea non deerit illis, qui collegium artis Heraldicae desiderabunt. Horas, his lectionibus destinandas, suo tempore et valuis publicis indicabit.

CAROLVS FRIDERICVS PAVLI. Hor. III. Historiam S. R. I. ad SCHMAVSSII historisches Ius Publicum; Hor. IV. Historiam Vniuersalem ad GERAVERI Grundriß docebit. Hora V. vero priuatissimo collegio Historiae I. R. G. coronam imponet.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE, 1) hor. XI-XII. HEINECCI Elementa Iuris civilis secundum Ordinem Institutionum adornata interpretabitur. 2) Hor. III-IV. Collegium praedictum elaboratorum ad ductum b. PARENTIS Anleitung zum gerichtlichen Proceß aperiet. Tandem 3) die Sabbathi hor. I-II. selectos Auditores disputando exercebit.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hybernum Differentiam Seminum & capsularum feminalium publica tractatione die Saturni hora IX-X. explicabit. Priuatim autem hora X-XI. Physiologiam & XI-XII. Pathologiam docebit. Initium erit d. XXIX. Octobr.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN per semestre praefens hiemale de eorum adfectibus publice aget; priuatim vero BOERHAAVII institutiones medicas interpretabitur.

F. C. IVNCKER priuatissime hora IX-X. Collegium clinicum cum prosectoribus Candidatis consueto modo continuabit: priuatim vero hora VII-VIII. Physiologiam, hora X-XI. Pathologiam, h. XI-XII. Therapiam generalem, & h. II-III. Materiam medicam docebit: publice denique diebus lunae & mercurii hora V-VI. doctrinam de conseruanda sanitate exponet.


D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, fauente summo Numine, 1) Epistolographiam Germanicam, praemissa breui, sufficiente tamen atque solida theoria, per multifaria ad genium faeculi accommodata exempla exercebit hora VIII.; 2) Oratoriam docebit, speciminibusque necessariis dilucidabit & ad praxin deducet hodiernam hora X. De cetero commoda eorum priuatissime omni nisu promouere studebit, qui stilum latinum excolere, vel etiam orationes, eamina, epistolas aliaque scripta ab eo desiderabunt tempessitue.

IO. PET. EBERHARD, hor. X-XI. docebit matbesin puram, h. XI-XII. matbesin adpitateam, utramque duce WOLFIO. Hor. I-II. Physicam tradet, ad ductum proprii compendii.

F. W. ELLENBERGER linguae hebraeae tam critice & grammaticae librum V. Testi. absoluturus hor I-II.; quam curiosae non neglectis tamen posterioribus obseruationibus omnes Psalmos exhibiturus hor. II-III.; Theologiae naturali posituae aeque ac remotiue insufficientiam rationum Aduersariorum propositurus hora IV-V.; & culturae litterarum elegantiorum in lingua nostra germanica commentaturus hora V-VI. consecrabit operam. Die Deutsche Gesellschaft seboener Wissenschaften, cuius praesentia membra quavis septimana die Sabbathi hor. III-IV. conueniunt, cum apparatu ad eius finem faciente curabit adnotare.







(37)

CONSPECTVS LABORVM

QVOS

PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HYBERNVN

IN

STVDIOSAE IVENTVTIS INSTITVTIONEM

IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO

GEORGIO FRIDERICO MEIERO

PHILOSOPHIAE PROFESSORE ORDINARIO

ET ACADEMIAE SCIENTIARVM BEROLINENSIS SODALI



P. P. D. XVIII. SEPT. M



HALAE MAGDEBVRG. LITT

